SATYRA
CONTRA ABVSVM TABACI,

AD

ÆMILIANVM ALOYSIVM GVEVARRAM.


Auctore

IACOBO BALDE, E Societate IESV.

Editio secunda Correctior.

Permissu Superiorum.





MONACHII,

Sumptibus IOANNIS VVAGNERI.

Typis LVCÆ STRAVBII.

Anno M.DC.LVII.



Nvadimus toto orbe celeberrimum, sed ancipitis fama Germen, Tabacum: *sive potiùs amatores eius, fumanti acerra nimis obnoxios. Invadimus autem scriptione vel idcirco non timidâ; quòd multorum mortalium odijs atque votis gratificari nos probè sciamus. Præstantissimum aiunt ex Brasilia afferri, navibus Lusitanis, Britannicis, Batavis. Primarium ex Insula* FERINO. *quamquam & tota Virginia commendabilem virtutis hujus herbam copiosè submittit. Aliàs &* PÆTVM, *&* NICOTIA *seu* NICOTIANA HERBA *vocatur. qui honorificentiùs sentiunt ac Medicè loquuntur,* PANACEAM *quoque appellant. Nos promiscuè nominibus usi, in rem imus; & Tabacophilos, in litteraria voluptatis circo agitamus, spectantibus Musis. Impellitur Satyra, tanquam biga, argumentis, ceu rotarum radijs, unde unde conquisitis, ut adeò in gratiam osorum peregrini fruticis, nihil omissum sit ad festivam delectationem, quam secum trahit librati carminis pondus. quale quidem Satyricus character Germani Iuvenalis, Horatio Flacco commistus, sine Persij noctibus, in materia alioqui caliginosa & fumante, exigebat.*

SATYRA

Contra abusum TABACI.



Empe hoc quottidie! donec nox Gadibus ortû
Abscondat solem, cùm spumet cella Falerno,
Dolia rumpantur; bibis, Æmiliane, Tabacum!
Quin & subsidium poscis, centúmq; recenteis
Emisti libras à Mercatore Batavo!
Certè sanus eras! quæ te furiavit Erynnis?
Quis mentem minuit veratro, aut expulit omnem?
I. Primo fige loco: diræ quòd deditus herbæ
Instar leprosi vitetur vbique Garelli.
Hoc hominum, pecudúmque genus, multò eminus antè
A stadiis tribus olfacias. non talia ructant
Allia messores; nec septem funera tantum
Fœtorem mittunt. minùs intolerabilis hircus,
Qui centum vxores olidas ad pascua ducit.
Horret ad occursum, trepidátque puerpera pallens,
Et resilit, tanquam pedibus si presserit anguem.
Ac meritò. nam quanta subit discrimina partûs!
Ne generet monstrum, cuius sint torrida labra,
Atráque, & aspectæ vix aspicienda parenti.
Et quid si è medio penderet fistula vultu!
Prôinde pyraustarum tribus est fugienda: volantem
Vt fugit accipitrem procul aversata columba.
Frontem impollutam sit fas avertere; si non
Admotis manibus clypeatum opponere nasum.
II. Interea bibitur. Stat pro ratione voluptas.
Seriùs admoneas, an cum Frontone joceris;
Tantundem est, ac si muri muróve loquaris.
Durat propositum, Sociorum vrgente catenâ.
Quidquid agas contrà; *juvat indulgere furori*;
Insanire juvat. citiùs depellere possis
Gangrænæ chelas. audi, & miserere tuorum.

Ima

Impransus Stratocles incœnatúsque manebit;
Si modò speratis Hollandia pascat orexin
Lautitijs. quia suave melampodium petasone
Æstimat Hercynio pluris. strue fercula longe
Ordine: gallinas montanis nomen habenteis
A nivibus: guttatam aliam, ripisque propinquam
Phasiacis. pavo jactantior explicet astra,
Et sub se turdos lato premat orbe minoreis.
Iunge gravem mullo rhombum: pone ostrea, quot vis;
Anconitano munus de littore missum.
Omnibus his fumum dilectæ præferet herbæ.
Iuniperi granis defectum Corbulo supplet;
(Corbulo, cui viduæ tantùm nupsere crumenæ)
Maza nucum folijs. Gargilius addit anisum.
Stemisius lupulos. nónne hæc manifesta phrenesis!

III. Aspice; vt exultim buccas Cornelius ambas
Inflat, & obliquis subridens ludit ocellis!
Aspice Marcellum; quémque Acroceraunius æquat
Marcostam: & si quos alios felicibus ovis
Nitens bisgeminos vno dedit Embrica partu.
O qualis facies, & quali digna tabellâ!
Si video longâ manantia labra salivâ,
Distentos flatu vultus quum Pallas in amne
Aspiceret, toto se turpem exhorruit ore:
Et defœdantem calamum projecit in vndas.
His decor est, *ringi*. qui fœdiùs oris hiatum
Distorquere potest, vt Iuppiter iracundus,
Et jam Phlegræis sparsurus fulmina Campis;
Is potior. palmam tota ex statione meretur.
Omne tulit punctum: vt pastores inter Amyntas;
Et chartas inter pictas præ Rege valens *Sus*.
Per nebulas nebulonum atras graveolentis Averni;
Vrsorum apparent rictus, atque ora leonum:
Apparent pardi, *flammisque armata Chimæra*.
Præsertim quoties posticum Quello foramen
Exstimulans, digito veluti modulante coruscat:
Quo flatu Lyricen buxúmque, vtrémque lacessit.

Irritat sese petulans dolor, & peregrinos
Singultus miscet, peregrinæ sibila linguæ.
Absistunt oculis flammæ: lacrymæque sequuntur
Et gemitus; qualeis vix edere parturientes
Lucinâ tardante solent. *Prædulcis Amari*
Luxuriosa sitis tormentum fortius optat:
Flet miser, & flendi caussas amat. usque adeò jam
Assuetudo mali tenet ac viscosa tyrannis
Captivum: pœnâque volens cruciatur amatâ.
Supplicij genus insolitum. tunc est bene multis,
Cùm malè. dilecti placet inclementia morbi.
IV. Vt cupiat, cessare nequit. Sorbere necesse est,
Mille argumentis. Caussas habet Olpa bibendi
Sexcentas: quamquam & nullas habet. utitur illo;
Sic volo, sic jubeo; sic urget dira libido.
Inductum magicis credas ad talia rhombis,
Ni faciat, sibi quod miser imperat, ægrotare
Incipit; & larvas patitur, quascumque dolenti
Phantasus insputat. nocturna insomnia vexant:
Languenti stomacho deest flamma, vigórque coquendi
Febris in insidijs: bilis se splendida solvit.
Per totum corpus grassatur sonticus humor.
Iactatum huc illuc fertur caput omne petauro.
Nónne igitur potu tanti vacuanda mali vis?
Dixit, & ardentem panaceam funditus hausit.
Continuò redeunt vires. Ita lubricus augur
Suadet imaginibus vanis sentire Phobetor.
Desijt aurigo. pungens cephalea resedit.
Exemptus nervis acor est. sua dentibus albis
Ordine stat series; confirmatíque molares
Officium faciunt. gingiva tumore soluta
Duratur. pituita cadit, pellente tabaco.
Quid facias? fortasse neges, & somnia dicas.
Iurabit magno per stagna incognita Soli,
Dijs cunctis. *Stygias jubet hoc audire paludes:*
Vitam non aliter sanam se ducere posse.
Illusæ jam nunc expende crepundia mentis.

Ante mare & terras audaci puppe retectas,
Insuetum per iter fortem vectante Columbum;
Læta valénsque diu, viridisque & vivida succo
Pluribus obvenit, canisque aspersa senectus.
Nunc quoque, si numeres, crebris jam perculit illum
Annus solstitijs: tergo hujus Lustra bis octo
Cum tribus incumbunt: huic integra vivitur ætas;
Quorum nemo tamen Brasilam tetigisse cicutam
Scitur, & hoc æquè Stygij per numina fontis
Jurabunt, magno per stagna incognita Soli.

V. Quale pavimentum! totum ex pulmone madescit!
Imbricibus credas nimbos per devia fusos;
Aut spumam ferventis equi cecidisse lupatis.
Tot sputis humus est quasi tessellata. redundant
Phlegmata, torrentis ritu. flaventia rubris
Mista cadunt, ac si rupissent ulcera centum.

VI. Cur non exclamem? *Quantum est in rebus inane!*
Quandoquidem multi solo pascuntur Inani.
In solo causa est vivendi & vita vapore.
Vita quid est hominis? respondeat Hybrida; *fumus,*
Aura, vapor: rectè. Quid vivere; *vescier aurâ:*
Per Iovem; & hoc rectè. Consentit Musa Maronis.
Paticolas certè mensurâ hac vivere certum est.
Quid facit Isuleus? vivit. nam vescitur aurâ.
Quid Gagarellus agit? respirat. vescitur aurâ.
Quid Proculus? ridet, flet, fœtet. vescitur aurâ.
Vix surgens Aurora novum jubar intulit Orbi;
Poscit, & ad calidum defertur fistula lectum,
Vt matutinos obfuscet ganeo Soleis.
Non procul attritâ pendebit cantharus ansâ.
Hæc sunt prima Deo vigilans quæ tura ministrat,
Tantum Bertrandus, (res compertissima) pæti
Intra aliquot menses exsorbet faucibus vnctis;
Tres anno ut quovis Brasilas emulgeat orcas.

VII. Plaustra videre licet dorso portantia cretam
De meliore nota, quam terra Britannica gignit.
Ex hac ingentem Siphonum fingere nôrunt

Materia numerum. fora plena canalibus albis.
Vtque Duces belli tormenta curulia longo
Ordine disponunt, primam factura ruinam:
Multiplices calami tabula statuuntur in vna;
Quo lubeat fumum facere, & jaculare pyropos.
Sed nónne & plures *figuli hæc quoque castra sequentur?*
Haud operæ pretio spernendæ. Qualibus autem
Fistula, quàm miris datur insignita figuris!
Hæc Othomannigenûm faciem gerit, absque tiara:
Persarum hæc cidarim. mystax dependet ab ore
Hirsuto, & Xerxem vesanum larva minatur.
Assimulant aliæ variarum monstra ferarum:
Quotquot in Ægypto venerata est tinnula Memphis.
Nusquam non prostant. Quot habent jam nomina cañæ;
Navis, piscis, equi; vel si quod nobile pignus
Mopso Nisa dedit. quid non furor audet amantum?
Hæc canna est Phyllis; canna hæc Amaryllis Iolci.
Ista Paris, vel Demophoon, vel mascula Sappho.
Da mihi Bucephalum; da, Condyle, Bucentaurum.
Me capito pascat: me mugil inebriet. haustu
Indigeo maiore, & se geminante lucernâ.
Tempora lentus enim squallentia macerat humor.
Ballista vægrandi opus est, vt eatur in hostem.
Iam jam longa tubis succedent cornua parvis.
Vt purgaturus medicato viscera succo
Ex latebris avido cervus trahit ore cerastas;
Sic è cervino cornu, cognominis huius
Hirtius, oblongo ducit Siphone Tabacum.
Cervus inardescens fontes inquirit aquarum.
Hirtius in trullas spumis Cerealibus albas
Pallenteisque ruit collo tenus. hausit & ipse
Toxica, quæ celeri sint discutienda lagenâ.
Fiunt ista palàm. tandem sumetur & alcis
Vngula; quæque onagro fortè excidit, atque bisonti:
Ne sua Romanus tantummodo pocula luxus
Iactet, & ex auro stantem cum remige classem,
Longo abaco; liceat modò vivere, murrhina fiet

Fistula

Nec iam Scylla rea est. perdis fortissime consul
Cincinnate comam *Samson* spoliatur, & horum
Ad serrata cadunt septem ludibria flocci.
Nulli barbato fumosa novacula parcit.
XII. Permutant quandoque vices: & arundo datatim
Circuitu transumpta sapit. certatur in orbem,
Non sine delectu. Sed maior habetur, ab ortu
Quisquis in occasum maiora volumina torquet,
Vtque nolâ stulti nequeunt claváque carere;
Sic instrumentis fumum facientibus isti,
Ostentare palàm præfixum in fronte galeri,
Glasta sinu educit, nebulo quo maximus ipse
Conditur, & semper lecto requiescit eodem.
Est & amicitiæ quoddam venerabile nomen
Hos quoque Collegas inter. stant fœdera saxo
Occisǽque suis firmata calentibus extis.
Se socios, & quod tenerum magis est, *socienos*,
Se fratres, Pyladésque vocant. Cum Castore Pollux
Incedit, mutántque situs: vt clara Lacones
Astra & equum. nihil hîs possit coniunctius esse.
Iámque etiam, nullo respectu, incudibus instant,
Quisque faber dici cupit. hic Steropes Liparæus;
Hic Brontes *panno* nigrantia gausapa *rubro*
Festivè exornans: *hic nudus membra Pyracmon.*
Dignior ô quantò nudandus terga vocari;
Terga quater denos ictus merita, haud minùs vno.
Vulcani titulum sortitur, si cui circum
Labra frequens & iam millesima fistula venit.
Ille tibi præfertur, Misene, & tibi Tarchon.
Quamvis armisonâ nomen teneatis vterque
Immortale tubâ, *Nicotia buccina* vincit.
XIII. Narrabo vitam medicâ præstantis in arte
Illustrisque viri. fama in sublime volavit,
Corpus sub tumulo est. non maior in Orbe Tabaci
Helluo, nec tantus remos vrgebat amator,
Ne quidem apud Batavos. nimium converterat vsum
Prodigij in laudeis, vno caruisse die, vel

 Horâ,

Horâ, justitium non credidit esse ferendum.
Ægriùs abstinuit, quàm litigiosus Alermo
Caussidicis: uxor vino gibbosa meraco.
(Vix solet octonos lymphâ miscere deunces)
Ægriùs abstinuit, piperis quàm Clusius emptor
Fraudibus atque dolis: quàm furtis Fisco Poëta;
Deprensa in nostro toties cornicula nido:
Quàm Gallus miles gallinis; Hospa cothurnis;
Hospa novem cubitos longus, si dempseris octo,
Verbo: quàm populus Romæ Circensibus olim.
Hic ergo Dominus, dominos mutare paratus,
(Si castigarent) & plena palatia magnis
Regibus; à Pæti folijs tanquam moribundus
Assiduam poscebat opem, prostratus ad Aram.
Cùm bibit; Ambrosiam Superis nectárque remittens,
Non aliud quidquam conferri posse putavit;
Nec Cilicum nimbos; nec si Pæstana roseta,
Phæacúmque nemus, vigilatáque poma probares.
Interdum glomerans nebulas sibi suaveolentes,
Stabat, & ut steterat, gratâ caligine mersus;
Quámque diu durabat agon, horrentibus; horrens
Palluit in tenebris, ac lamentabile risit;
Dum reducem vultum discussis redderet umbris.
Vtque Anchisiaden gradientem ad mœnia Byrsæ
Interfusa parens spisso Venus aëre sepsit;
Heic quoque, si fas est cygno componere corvum,
Restitit Æneas, dubiáque *in luce refulsit*,
Os humerósque DEO *similis*; qui in veste recincta
Exercet furvos Siculo Cyclopas in antro.
XIV. Ergo etiam in fumo stat delectatio quædam;
Non immensa tamen, questus breviora gulaï
Gaudia, ni extendat, conviva Philoxenus olim,
Exoptâsse gruis fertur sibi ductile collum.
Prorsus ad hunc gustum, mensuram ac vota quibusdam
Tibia communis visa est angustior esse.
Expetit insolitæ Bustroza proboscidis usum;
Totus, si posset, fieri cupiens elephantus;
Ora

Ore voluptatis nebulosæ flumen hiante,
Longiùs, & tantò vivaciùs attracturus.
Sed, quid si barri rostrum neget *Annibal* Afer!
Subsidio veniens nova suggeret arma cavatus
Scipio, quem manibus portat, supplebit avenam
Vulgarem, ingesto per nareis undique fumo,
Incensæ faciem referens Carthaginis atram.
Amplius heic ausim. Plutonis Morsa tridentem
Perforet, emissóque vomat sua gaudia vento!
Ecquid agat, compacta luto si fistula desit.
Consilium dabit ars. Culmos aptabit, & intra
Horrea trituram flavi implorabit Osyris.
Hoc tamen edico: stipulas adhibere parati
Testari poterunt, haustu per stramina ducto;
Nos documenta damus, quâ simus Origine nati.
Quippe caput nostrum vacuis impletur aristis,
Pérque oculos stramen longis mucronibus exit;
Quali collucent pagorum agrestia tecta.
XV. Quanquam his præteritis, posses ignoscere, si non
Pluribus in villis, nonnunquam & in urbibus ipsis
Damna crearentur, miseris deflenda colonis.
Subversi pulsique Lares, incendia totas
Perbacchata domos, plenos vastantia vicos,
Hinc caussas habuère. volant super alta favillæ,
Nocturnos latè ventis spargentibus igneis.
Plurimus Vcalegon ardet. quæ caussa? Tabaci
Neglectus fomes. Sed habet nil tetrius in se,
Quàm quòd ridiculos & eodem tempore flendos
Inaméisque facit. miserabilior Crepereius
Haut fuerit. noster quàm Nomentanus, & Anxur
Marrichius; fratrum par nobile Nubigenarum.
Gordius ejusdem fermenti est atque farinæ.
Verus enim Pistor, toti notissimus urbi;
Nec malè nummatus: sed quando sobrius unquam!
Post fumum, cujus jam penè tricongius audit,
Luctatur rhonchis, & in aurem dormit utramque,
Excepta qua parte ingens consurgit acumen.

Herni-

Hernicus euerso scamnum ferit intestino?
Pulcra verecundæ videas spectacula cœnæ,
Cùm refluo Euripo stomachorum mappa lauatur.
Nauciades nihilo melior, natus patre Nauci,
Arietat in medios posteis, resilire coactus.
Procumbit Brenzæ Burrísque illisa solo frons.

XVI. Cur Natura ferat naturam inuertere natos?
Per nareis, oculos, aures, per tempus vtrumque,
Pérque vtriusque sinus exundat causticus imber.
Omnia membratim facie turbantur in vna.
Auris odoratur: nasum sonus implet: anhelant
Lumina: surrecti transfumant vertice crines.
Qui toties animam exhalant, iterúmque resorbent;
An non & toties miseri moriuntur; & extra
Humanæ sortis positi viuaria degunt!

Quis bibit, vt sitiat? vel quis sitit, vt bibat ignem?
Incensum lauat vnda iecur. per amabile frigus,
Bacchæos latices arentia labra rigantur.
Pæticolæ siccum poscunt calidúmque vaporem,
Penè ad Tantaleæ damnati crimina pœnæ.
Hinc tota ebrietas & compotatio pendet.

XVII. Est, vbi concilium cogunt, habitóque senatu
Quæritur; optati quæ spes affulgeat anni,
Quanto prouentu. vultus mutantur in horas.
Sollicitudo subit, cumulántque pericula curæ
Constanti metuenda viro. Si falleret annus,
Occiderent omnes. Quoties est impetus illis
Per mare, per terras Brasilorum inuadere fineis!
Impetus est, totam pinu lustrare vagando
Virginiam, manet hoc à virgine nomen *Elisâ*
Regina Anglorum: tribuit *Dracus* eius honori.
Illi ergo eximij debet tuceta Tabaci,
Quisquis arundineo feliciter vtitur haustu.
Quòd si defraudet votum Fortuna caducum
Naufraga, vi venti, piratarúmque rapinâ:
Quamprimùm hic rumor læsas manârit ad aures,
Continuò facies videas tabescere luctu

Obdu-

Fistula, & electri crustis circumlita fulvis.
Fumabunt costæ Heliadum: fumavit & harum
Frater in Eridano, *currus auriga paterni:*
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.
VIII. Quid potum accuso? scinduntur edulia peius;
Invenias, qui vt liba vorant, ventrémque trementem
Frugibus Americæ stipant. Sitne hæc gula frugi!
Mactea talis erat tamen ignorata Neroni.
Debetur nostro boletus opimior ævo.
IX. Ecce aliud celebris Vas admirabile buccæ,
Inventum si non videas, vix credere possis;
Attribui dignum Persis auctoribus: ex quo
Miscuerunt viles Satrapis carchesia lixæ.
Fusilis ampullam labro tenus vnda coronat
Impletam; tubulúsque duplex imponitur ori.
Si flammæ admoveas spiracula; fumus & vnà
Tempestas oritur, commotâque turbine crescit.
Ægæo qualis deprendit in æquore dulcem,
Halcyone, Ceyca tuum, volucrémque remisit.
Imparibus bombis elisus fluctuat aër,
Sordidus ad summum fundo furit æstus ab imo.
Quem strepitum limax fervente coquendus in olla
Edit, donec adeps canúsque exuberet humor.
Sic oscâ *biblit*, sic stridet voce Latinâ
Cottabus. in vitreo resonant hydraulica gutto.
X. Sed quid, cùm discunt bibere, & potare docentur!
Seria res agitur, multis hortatur Adherbal
Ductor; & incipiens trepidat balathronis alumnus.
Accura primùm, mi Cæciliane, monebit,
Semper vt in promptu tibi sit fumosa supellex.
(Iudæo vt cophinus, vel præceps alea lactu.)
Deinde aliquid madidi. Nec plura locutus, id ipsum
Astruet exemplo princeps, nam more Biantis
Divitis ex solo gibbo, fert omnia secum
Cara. nihil reliquum Fortunæ curat acervum,
Salvâ vnâ capsa fatali, salvus & ipse est,
Vix votum differt. Vt stupeus ardet, & eius

SATYRA
Contra abusum TABACI.


Empe hoc quottidie! donec nox Gadibus ortû
Abscondat solem, cùm spumet cella Falerno,
Dolia rumpantur; bibis, Æmiliane, Tabacum!
Quin & subsidium poscis, centúmque ducenteis
Emisti libras à Mercatore Batavo!
Certè sanus eras! quæ te furiavit Erynnis?
Quis mentem minuit veratro, aut expulit omnem?
1. Primo fige loco: diræ quòd deditus herbæ
Instar leprosi vitetur vbique Garelli.
Hoc hominum, pecudúmque genus, multò eminus antè
A stadiis tribus olfacias. non talia ructant
Allia messores; nec septem funera tantum
Fœtorem mittunt. minùs intolerabilis hircus,
Qui centum vxores olidas ad pascua ducit.
Horret ad occursum, trepidátque puerpera pallens,
Et resilit, tanquam pedibus si presserit anguem.
Ac meritò. nam quanta subit discrimina partûs!
Ne generet monstrum, cuius sint torrida labra,
Atráque, & aspectæ vix aspicienda parenti.
Et quid si è medio penderet fistula vultu!
Prôinde pyraustarum tribus est fugienda: volantem
Vt fugit accipitrem procul aversata columba.
Frontem impollutam sit fas avertere; si non
Admotis manibus clypeatum opponere nasum.
II. Interea bibitur. Stat pro ratione voluptas.
Seriùs admoneas, an cum Frontone joceris;
Tantundem est, ac si muri muróve loquaris.
Durat propositum, Sosiorum vrgente catenâ.
Quidquid agas contrà; *juvat indulgere furori*;
Insanire juvat. citiùs depellere possis
Gangrænæ chelas. audi, & miserere tuorum.

Im-

Impransus Stratocles incœnatúsque manebit;
Si modò speratis Hollandia pascat orexin
Lautitijs. quia suave melampodium petasone
Æstimat Hercynio pluris. strue fercula longe
Ordine: gallinas montanis nomen habenteis
A nivibus: guttatam aliam, ripisque propinquam
Phasiacis. pavo jactantior explicet astra,
Et sub se turdos lato premat orbe minoreis.
Iunge gravem mullo rhombum: pone ostrea, quot vis;
Anconitano munus de littore missum.
Omnibus his fumum dilectæ præferet herbæ.
Iuniperi granis defectum Corbulo supplet;
(Corbulo, cui viduæ tantùm nupsere crumenæ)
Maza nucum folijs. Gargilius addit anisum.
Stemisius lupulos. nónne hæc manifesta phrenesis!

III. Aspice; vt exultim buccas Cornelius ambas
Inflat, & obliquis subridens ludit ocellis!
Aspice Marcellum: quémque Acroceraunius æquat
Marcostam: & si quos alios felicibus ovis
Nitens bisgeminos vno dedit Embrica partu.
O qualis facies, & quali digna tabellâ!
Si video longâ manantia labra salivâ,
Distentos flatu vultus quum Pallas in amne
Aspiceret, toto se turpem exhorruit ore:
Et defœdantem calamum projecit in vndas.
His decor est, *ringi.* qui fœdiùs oris hiatum
Distorquere potest, vt Iuppiter iracundus,
Et jam Phlegræis sparsurus fulmina Campis;
Is potior. palmam tota ex statione meretur.
Omne tulit punctum: vt pastores inter Amyntas;
Et chartas inter pictas præ Rege valens *Sus.*
Per nebulas nebulonum atras graveolentis Averni,
Vrsorum apparent rictus, atque ora leonum:
Apparent pardi, *flammísque armata Chimæra.*
Præsertim quoties posticum Quello foramen
Exstimulans, digito veluti modulante coruscat.
Quo situ Lyricen buxúmque, vtrémque lacessit.

Irritat sese petulans dolor, & peregrinos
Singultus miscet, peregrinæ sibila linguæ.
Absistunt oculis flammæ: lacrymæque sequuntur
Et gemitus; qualeis vix edere parturientes
Lucinâ tardante solent. *Prædulcis Amari*
Luxuriosa sitis tormentum fortius optat:
Flet miser, & flendi caussas amat. usque adeò jam
Assuetudo mali tenet ac viscosa tyrannis
Captivum: pœnáque volens cruciatur amatâ.
Supplicij genus insolitum. tunc est bene multis,
Cùm malè. dilecti placet inclementia morbi.

IV. Vt cupiat, cessare nequit. Sorbere necesse est,
Mille argumentis. Caussas habet Olpa bibendi
Sexcentas: quamquam & nullas habet. utitur illo;
Sic volo, sic jubeo: sic urget dira libido.
Inductum magicis credas ad talia rhombis,
Ni faciat, sibi quod miser imperat, ægrotare
Incipit; & larvas patitur, quascumque dolenti
Phantasus insputat. nocturna insomnia vexant:
Languenti stomacho deest flamma, vigórque coquendi
Febris in insidijs: bilis se splendida solvit.
Per totum corpus grassatur sonticus humor.
Iactatum huc illuc fertur caput omne petauro.
Nónne igitur potu tanti vacuanda mali vis?
Dixit. & ardentem panaceam funditus hausit.
Continuò redeunt vires. Ita lubricus augur
Suadet imaginibus vanis sentire Phobetor.
Desijt aurigo. pungens cephalea resedit.
Exemptus nervis acor est· sua dentibus albis
Ordine stat series; confirmatíque molares
Officium faciunt. gingiva tumore soluta
Duratur. pituita cadit, pellente tabaco.

Quid facias? fortasse neges, & somnia dicas.
Iurabit magno per stagna incognita Soli,
Dijs cunctis. *Stygias jubet hoc audire paludes:*
Vitam non aliter sanam se ducere posse.
Illusæ jam nunc expende crepundia mentis.

Age

Ante mare & terras audaci puppe retectas,
Insuetum per iter fortem vectante Columbum;
Læta valénsque diu, viridisque & vivida succo
Pluribus obvenit, canisque aspersa senectus.
Nunc quoque, si numeres, crebris jam perculit illum
Annus solstitijs: tergo hujus Lustra bis octo
Cum tribus incumbunt: huic integra vivitur ætas:
Quorum nemo tamen Brasilam tetigisse cicutam
Scitur, & hoc æquè Stygij per numina fontis
Iurabunt, magno per stagna incognita Soli.

V. Quale pavimentum! totum ex pulmone madescit!
Imbricibus credas nimbos per devia fusos;
Aut spumam ferventis equi cecidisse lupatis.
Tot sputis humus est quasi tessellata. redundant
Phlegmata, torrentis ritu, flaventia rubris
Mista cadunt, ac si rupissent ulcera centum.

VI. Cur non exclamem? *Quantum est in rebus inane!*
Quandoquidem multi solo pascuntur Inani.
In solo causa est vivendi & vita vapore.
Vita quid est hominis? respondeat Hybrida; *fumus*,
Aura, vapor: rectè. Quid vivere; *vescier aurâ*:
Per Iovem; & hoc rectè. Consentit Musa Maronis.
Paticolas certè mensurâ hac vivere certum est.
Quid facit Isuleus? vivit. nam vescitur aurâ.
Quid Gagarellus agit? respirat. vescitur aurâ.
Quid Proculus? ridet, flet, fœtet. vescitur aurâ.
Vix surgens Aurora novum jubar intulit Orbi;
Poscit, & ad calidum defertur fistula lectum,
Vt matutinos obfuscet ganeo Soleis.
Non procul attritâ pendebit cantharus ansâ.
Hæc sunt prima Deo vigilans quæ tura ministrat.
Tantum Bertrandus, (res compertissima) pæti
Intra aliquot menses exsorbet faucibus vnctis;
Tres anno ut quovis Brasilas emulgeat orcas.

VII. Plaustra videre licet dorso portantia cretam
De meliore nota, quam terra Britannica gignit.
Ex hac ingentem Siphonum fingere nôrunt

Nec iam Scylla rea eſt. perdis fortiſſime conſul
Cincinnate comam. *Samſon* ſpoliatur, & horum
Ad ſerrata cadunt ſeptem ludibria flocci.
Nulli barbato fumoſa novacula parcit.
XII. Permutant quandoque vices: & arundo datatim
Circuitu tranſumpta ſapit. certatur in orbem,
Non ſine delectu. Sed maior habetur, ab ortu
Quiſquis in occaſum maiora volumina torquet,
Vtque nolâ ſtulti nequeunt claváque carere;
Sic inſtrumentis fumum facientibus iſti
Oſtentare palàm præfixum in fronte galeri.
Glaſta ſinu educit, nebulo quo maximus ipſe
Conditur, & ſemper lecto requieſcit eodem.
Eſt & amicitiæ quoddam venerabile nomen
Hos quoque Collegas inter. ſtant fœdera ſaxo
Occiſæque ſuis firmata calentibus extis.
Se ſocios, & quod tenerum magis eſt, *ſocienos*,
Se fratres, Pyladéſque vocant. Cum Caſtore Pollux
Incedit, mutántque ſitus; vt clara Lacones
Aſtra & equum. nihil hîs poſſit coniunctius eſſe.
Iámque etiam, nullo reſpectu, incudibus inſtant,
Quiſque faber dici cupit. hic Steropes Liparæus;
Hic Brontes *panno* nigrantia gauſapa *rubro*
Feſtivè exornans: *hic nudus membra Pyracmon.*
Dignior ô quantò nudandus terga vocari;
Terga quater denos ictus merita, haud minùs vno.
Vulcani titulum ſortitur, ſi cui circum
Labra frequens & iam milleſima fiſtula venit.
Ille tibi præfertur, Miſene, & tibi Tarchon.
Quamvis armiſonâ nomen teneatis vterque,
Immortale tubâ, *Nicotia buccina* vincit.
XIII. Narrabo vitam medicâ præſtantis in arte
Illuſtriſque viri. fama in ſublime volavit,
Corpus ſub tumulo eſt. non maior in Orbe Tabaci
Helluo, nec tantus remos vrgebat amator,
Ne quidem apud Batavos. nimium converterat vſum
Prodigij in laudeis, vno caruiſſe die, vel

 Horâ,

Horâ, justitium non credidit esse ferendum.
Ægriùs abstinuit, quàm litigiosus Alermo
Caussidicis: uxor vino gibbosa meraco.
(Vix solet octonos lymphâ miscere deunces)
Ægriùs abstinuit, piperis quàm Clusius emptor
Fraudibus atque dolis: quàm furtis Fisco Poëta;
Deprensa in nostro toties cornicula nido:
Quàm Gallus miles gallinis; Hospa cothurnis;
Hospa novem cubitos longus, si dempseris octo,
Verbo: quàm populus Romæ Circensibus olim.
Hic ergo Dominus, dominos mutare paratus,
(Si castigarent) & plena palatia magnis
Regibus; à Pæti folijs tanquam moribundus
Assiduam poscebat opem, prostratus ad Aram.
Cùm bibit; Ambrosiam Superis nectárque remittens,
Non aliud quidquam conferri posse putavit:
Nec Cilicum nimbos; nec si Pæstana roseta,
Phæacúmque nemus, vigilatáque poma probares.
Interdum glomerans nebulas sibi suaveolentes,
Stabat, & ut steterat, gratâ caligine mersus;
Quámque diu durabat agon, horrentibus horrens
Palluit in tenebris, ac lamentabile risit;
Dum reducem vultum discussis redderet umbris.
Vtque Anchisiaden gradientem ad mœnia Byrsæ
Intersusa parens spisso Venus aëre sepsit;
Heic quoque, si fas est cygno componere corvum,
Restitit Æneas, dubiáque in luce refulsit,
Os humerósque DEO similis; qui in veste recincta
Exercet furvos Siculo Cyclopas in antro.
XIV. Ergo etiam in fumo stat delectatio quædam;
Non immensa tamen. questus breviora gulaï
Gaudia, ni extendat, conviva Philoxenus olim,
Exoptâsse gruis fertur sibi ductile collum.
Prorsus ad hunc gustum, mensuram ac vota quibusdam
Tibia communis visa est angustior esse.
Expetit insolitæ Bustroza proboscidis usum;
Totus, si posset, fieri cupiens elephantus;

Ore voluptatis nebulosæ flumen hiante,
Longiùs, & tantò vivaciùs attracturus.
Sed, quid si barri rostrum neget *Annibal* Afer?
Subsidio veniens nova suggeret arma cavatus
Scipio, quem manibus portat, supplebit avenam
Vulgarem, ingesto per nareis undique fumo,
Incensæ faciem referens Carthaginis atram.
Amplius heic ausim. Plutonis Morsa tridentem
Perforet, emissóque vomat sua gaudia vento!
Ecquid agat, compacta luto si fistula desit.
Consilium dabit ars. Culmos aptabit, & intra
Horrea trituram flavi implorabit Osyris.
Hoc tamen edico: stipulas adhibere parati
Testari poterunt, haustu per stramina ducto;
Nos documenta damus, quâ simus Origine nati.
Quippe caput nostrum vacuis impletur aristis,
Pérque oculos stramen longis mucronibus exit;
Quali collucent pagorum agrestia tecta.
XV. Quanquam his præteritis, posses ignoscere, si non
Pluribus in villis, nonnunquam & in urbibus ipsis
Damna crearentur, miseris deflenda colonis.
Subversi pulsique Lares, incendia totas
Perbacchata domos, plenos vastantia vicos,
Hinc caussas habuêre. volant super alta favillæ,
Nocturnos latè ventis spargentibus igneis.
Plurimus Vcalegon ardet, quæ caussa? Tabaci
Neglectus fomes. Sed habet nil tetrius in se,
Quàm quòd ridiculos & eodem tempore flendos
Infaméſque facit. miserabilior Crepereius
Haut fuerit, noster quàm Nomentanus, & Anxur
Marrichius; fratrum par nobile Nubigenarum.
Gordius ejusdem fermenti est atque farinæ.
Verus enim Pistor, toti notissimus urbi;
Nec malè nummatus: sed quando sobrius unquam!
Post fumum, cujus jam penè tricongius audit,
Luctatur rhonchis, & in aurem dormit utramque,
Excepta qua parte ingens consurgit acumen.

Herni-

Hernicus euerso scamnum ferit inteſtino?
Pulcra verecundæ videas ſpectacula cœnæ,
Cùm refluo Euripo ſtomachorum mappa lauatur.
Nauciades nihilo melior, natus patre Nauci,
Arietat in medios poſteis, reſilire coactus.
Procumbit Brenzæ Burríque illiſa ſolo frons.
XVI. Cur Natura ferat naturam inuertere natos?
Per nareis, oculos, aures, per tempus vtrumque,
Pérque vtriuſque ſinus exundat cauſticus imber.
Omnia membratim facie turbantur in vna.
Auris odoratur: naſum ſonus implet; anhelant
Lumina: ſurrecti transfumant vertice crines.
Qui toties animam exhalant, iterúmque reſorbent;
An non & toties miſeri moriuntur; & extra
Humanæ ſortis poſiti viuaria degunt!
Quis bibit, vt ſitiat? vel quis ſitit, vt bibat ignem?
Incenſum lauat vnda iecur, per amabile frigus,
Bacchæos latices arentia labra rigantur.
Pæticolæ ſiccum poſcunt calidúmque vaporem,
Penè ad Tantaleæ damnati crimina pœnæ.
Hinc tota ebrietas & compotatio pendet.
XVII. Eſt, vbi concilium cogunt, habitóque ſenatu
Quæritur; optati quæ ſpes affulgeat anni,
Quanto prouentu, vultus mutantur in horas.
Sollicitudo ſubit, cumulántque pericula curæ
Conſtanti metuenda viro. Si falleret annus,
Occiderent omnes. Quoties eſt impetus illis
Per mare, per terras Braſilorum inuadere fineis!
Impetus eſt, totam pinu luſtrare vagando
Virginiam, manet hoc à virgine nomen *Eliſâ*
Regina Anglorum: tribuit *Dracus* eius honori.
Illi ergo eximij debet tuceta Tabaci,
Quiſquis arundineo feliciter vtitur hauſtu.
Quòd ſi defraudet votum Fortuna caducum
Naufraga, vi venti, piratarúmque rapinâ:
Quamprimùm hic rumor læſas manârit ad aures,
Continuò facies videas tabeſcere luctu

Obdu-

Fistula, & electri crustis circumlita fulvis.
Fumabunt costæ Heliadum: fumavit & harum
Frater in Eridano, *currus auriga paterni:*
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.

VIII. Quid potum accuso? scinduntur edulia peius;
Invenias, qui vt liba vorant, ventrémque trementem
Frugibus Americæ stipant. Sitne hæc gula frugi?
Mactea talis erat tamen ignorata Neroni.
Debetur nostro boletus opimior ævo.

IX. Ecce aliud celebris Vas admirabile buccæ.
Inventum si non videas, vix credere possis;
Attribui dignum Persis auctoribus: ex quo
Miscuerunt viles Satrapis carchesia lixæ.

Fusilis ampullam labro tenus vnda coronat
Impletam; tubulúsque duplex imponitur ori.
Si flammæ admoveas spiracula; fumus & vnà
Tempestas oritur, commotáque turbine crescit.
Ægæo qualis deprendit in æquore dulcem,
Halcyone, Ceyca tuum, volucrémque remisit.

Imparibus bombis elisus fluctuat aër,
Sordidus ad summum fundo furit æstus ab imo.
Quem strepitum limax fervente coquendus in olla
Edit, donec adeps canúsque exuberet humor.
Sic osca *biblit*, sic stridet voce Latinà
Cottabus, in vitreo resonans hydraulica gutto.

X. Sed quid, cùm discunt bibere, & potare docentur?
Seria res agitur, multis hortatur Adherbal
Ductor; & incipiens trepidat balathronis alumnus.

Accura primùm, mi Cæciliane, monebit,
Semper vt in promptu tibi sit famosa supellex.
(Iudæo vt cophinus, vel præceps alea lactu.)
Deinde aliquid madidi. Nec plura locutus, id ipsum
Astruet exemplo princeps. nam more Biantis
Divitis ex solo gibbo, fert omnia secum
Cara, nihil reliquum Fortunæ curat acervum.
Salvâ vnâ capsa fatali, salvus & ipse est.
Vix votum differt. Vt stupeus ardet, & eius

Vritur aſpectu; Thecâ monſtrabit apertâ
Divinum hunc fruticem: quali ſudore perunctum,
Ignores. (variat rumor, divinat aruſpex.)
Aſſociata ſilex jacet, unde domeſticus ignis;
Attritúſque chalybs, funéſque bitumine tincti.
Hæ ſunt divitiæ, quas capta ex urbe reportet
Incolumes ſolas. Quid curet cetera? Balthis
Avehat; & prædam Stokolmæ cymba reponat.
Inter ſarcinulas cunctis pretioſior iſta eſt
Sarcina Pæticolæ. quippe hac ſervatur anhelæ
Flos animæ; fructus decerptus ab arbore vitæ:
Quo lapſas vireis inſtauraviſſet Adamus
Integer, & nondum Pomonæ obnoxius Evæ.
Exin, membranâ poſitâ, vis magna Tabaci,
Nimirum niger atque ingens evolvitur anguis,
Herba ſit iſta licèt, *latet hac* tamen *anguis in herba*,
Quem decies in ſe collectum ſpira retorquet.
Ne dubites: Braſilis erepſit finibus, (aut hunc
Veriùs Æmoniæ cantu elicuere novercæ)
Certa fides. novit primo deprendere morſû,
Cuius maſſa notæ; quo ſit ſub ſidere nata,
Quin ſolo aſpectu patriam noménque genúſque
Colliget, & dicet: locus hic, vbi crevit, in Auſtrum
Vergit, & æſtivo gleba eſt ſubiecta leoni.
Scinditur in parteis; ex bracteoliſque minutal
Deſuper accenſum tironi porrigit audax
Iapetionides; præceptáque comiter addit.
Et monitus. Sic ergò feres, ſic ora tenebis;
Maxillam ſic diſpones, ſic brachia duces.
Admotam ceræ ſic inſpirabis avenam.
Vt rigidus quondam Chiron fingebat Achillem,
Cùm docuit telis herbiſque potentibus uti.
Ex hoc noſter eris, nimborum bucco creatus
Ventorúmque potens, (Lapithiſque ſimillimus) alter
Hippotades, pontum & terras qui turbine perflat.
Tu quoque contiguas ædes perflabis & urbem,
Rumpantur licèt, & digna atque indigna relatu

Per-

Perpessi Indigenæ, te connivente, querantur.
Disce oris formare metrum; variéque reflexo
Anfractu labrorum animosas excipere auras,
Ipsum Tritonem vincas, cui tortilis Euro
Concha tumet. Molleis cathedras vitare memento:
Sed potiùs nostris assuesce libens hypogæis,
(Qualia textores gemmis radiantibus implent,
Fricta suas quando verrucas corpora ponunt.)
Exue Narcissos teneros, nec non Hyacinthos
Imbelles contemne: Viros hæc factio poscit
Hectoreos; (quorum coniux erit Hectica Febris;
Hectorea Andromache meliori debita lecto.)
Non dociles fragrare rosis violisque: (sed imæ
Iunonis laser & glandes ructare palato.)
Disce, quid est virtutis odor; contemnere nardum;
Aspernari omneis apothecas. Vnica cunctos,
O felix panaces, in morbos sufficit herba.
Chrysogoni fingant crispos, faciémque venustam;
Tu frontem planam nostro sulcabis aratro,
Torvus, & in rugis tantò formosior ipsis.
Quæro; num Melitensis eques, vel in Ordine Princeps
Teutonico factus, seu iusto Marte futurus,
Tot subeat ritus; solemniùs arma capessat?
Hæc ubi dicta, præit: sed tanquam Dædalus alter,
Postquam animum artificem volucres demisit in artes,
Icarióque Mari; tunc Nato adstrinxit habenas
Alitis humani, secúmque ascendere iussit;
Et movet ipse suas & Nati respicit alas.
Inflat. & inflatum Siphonem tradit. Iulus
Conatur, *Sequitúrque patrem non passibus æquis*,
Territus ad primi non grata crepuscula fumi.
Nam *caput ascendit, nec scalis utitur ullis:*
Sed postquam ascendit, mirabiliter tonat intus;
Eheu! quam fœdos imitatur simia rictus!
Succedunt fœdi porcorum denique ructus;
Et vel Bassaridum fastidia. quidquid in aula
Circæa gestum est, præsentiùs exhibet Aulus:

Obductas; ac si *fata læta boúmque labores*,
Spémque omnem campi stravisset grandine Caurus;
Vanáque subductis frigeret vinea botris.
Quis tanto gemitu testatur fata sepultæ
Conjugis? aut plorat natos cum matre peremptos?
XVIII. Fama secunda volat; radix allata *Ferino*;
Appulsa est navis plenissima deliciarum.
(Tali pestiferam dignantur nomine mercem!)
Protinus in cuneum concurritur, ádque *bidental*.
Obsecro, quid narras? *sic est*. ditissima? *dixi*.
Vidisti? *hisce oculis*. quando? *proclivior ibat*
Oceano Titan. Quis vexit? *Trompius*. euge!
Illum ego præpono Tiphy, & tibi diues Iason.
O faustum, gemmáque diem candente notandum!
Tunc surgunt animi; *redit in præcordia virtus*.
Vino oleóque nitent hilares, votóque fruuntur,
Accumbunt; fumant procul adventante carinâ,
Tollitur in cœlum fremor, & cum murmure plausus;
Qualem non Naxos, non audivêre Cithæron;
Cùm redeunt ad festa truces Trieterica Bacchæ.
Laudantur Nymphæ; laudatur & Amphitrite.
Sparsa nitent glaucis vndosa cubilia sertis.
Sunt qui Neptuno statuunt in cespite vivo
Cæruleum mactare bovem, vxoríque juvencam.
Littora complentur populi crescente tumultu.
Cuncta sonant *stridore virûm, clangore tubarum*.
Vt redolet! *fœtet*, dicas. Negat Assula; dente
Præmordens tentat, suáque oblectamina mandit,
Penè *leoninus*, certè est odor iste FERINVS.
Papperlingus ait: tantáque cupidine fervet,
Vt præ lætitia vix sit tremebundus apud se.
Dic: quanti vænit pondo? regale numisma
Poscitur. hoc habeas. servata pecunia quorsum?
Virtus post nummos, post pætum sint mihi nummi.
XIX. Ecce alium in scirpo nodû nova quæstio cunctos
Exagitat, litémque movet. quî parta tuemur
A sicco putríque situ? Viterbius inquit.

In fumum, & ventos, tanquam dispendia, jecit.
Nunc eget: & quamquam fisso thorace superbit,
Rimosæ braccæ transparent mille fenestris.
Erigitur petasus plumis instructus: at idem
Pertusus. stellatum ensem, sed acumine & omni
Castratum ferri virtute, aciéque secante,
Mantili pendere dedit: quia balthea desunt.
Lazarus hic Cento tamen (ô vecordia!) visum
Tale aliquod frustum caulis, multo ære licetur.
Quo simul incaluit, fertur Phaëthontis habenis
Indomiti. nam quò *Pyrois*, *Eous*, *& Aethon*
Abripiunt, *quartúsque Phlegon*; sine lege modóque
Temperiéque ruens, frangit tabulata, domóque
Vxorem fugat & sobolem, miserósque Penates.
Sed non pauperies armata perinde fugatur.

XXI. Post Fabij Glarsi mortem, quamquã ille beatus
Creditur ac dives; si fœnebris auctio fiat,
Et bona venalem Prætor citet ire sub hastam:
Quale decus, si nil superest ingentia præter
Debita! nam ferale quidem genus omne Tabaci
Et *sicci* & *madidi*, facti infectíque relinquet:
Fictilium quoque non contemnendum numerum, & pro
Pluribus argillam. sed cetera gaza toparchæ
Vix octo argenteis stabit, vel quattuor aureis.
Pars erit heredis miseri pinguissima, *felis*,
Pone focum recubans, & inerti marcida somno.
Tum scyphus in ventrem crescens, atque annulus unus
Iam levior gemmâ excussa. fuit illa smaragdus
Debilis, & propiùs subtracto lusca nitore.
Culter item longus cœnæ carptoribus aptus:
Pugióque, & gladius brevior venaticus. & dens
Balenæ, pelvísque, & cancri crusta marini.

XXII. Multò est rancidius, quod jã memorabo. Ramisi
Saxonis extincti nuper Lardisius heres
Factus, odorifero confertas pulvere cistas
Repperit. hoc stabat melioris portio gazæ.
Non biberat fumum, sed arenam sæpe vorabat.

Dicite

Dicite Censores: vtra est dementia maior,
Vel tolerabilior? jam mos inolevit edendi
Naribus. hanc certè nescivit Apicius artem.
Vlla gulæ talis rumorem somnia dictant!
Aërios carpunt nasi penetralia flatus,
Non vt nidorem, sed vt escam. atque illecebra hæc est
Dapsilis, & mira cerebrum ratione saginat.
Vascula propterea ducuntur levia torno,
Pulvereum tereti servantia ventre Tabacum.
Ex ebore ac cedro variatur forma capacis
Alveoli, tu rêre librum, discúmve, trochúmve.
Erras; non trochus est, sed odora & mystica pyxis.
Quam cupis ex omni numero? nam plurima prostat;
Lynx, lupus, agna, draco, tigris, vagina, phaselus.
Nónne vides? crepidam pygmææ virginis vna;
Vna refert *ocreas lento ductas argento.*
Intus acuta latent calcaria. sume parumper;
Et stimulis asinus validè se sentiet ictum,
Sternutamentis suspensus in ilia crebris.
Argutúmque caput quatiet, brevibúsque mirabile
Auriculis; totúmque Mydam protollet in altum.
Pulvis enim divinus inest & *Olympicus* ille:
Cuius ab exortu numeretur iustiùs ævum,
Certáque scribantur longis quinquennia seclis.
Hæc contra humores armamentaria pugnant.
Testis erit Gabijs ortus Baralonius, æqui
In paucis patrísque tenax. quot devorat Isthmos!
Quot vacuat modios, atomísque toreumata plena
Nasutus capiti quoties irascitur hostis!
Mirum! *vitta pia* si non crepet *aurea matris.*
Quovis momento nubem attrahit in cerebellum.
Intonuere poli: & crebris micat ignibus æther.
Fulgura mox, viscúsque fluens, & fascia longum
Dependens, madidúmque gelu, & suspiria rupta.
Adversæ rapida strident de nare procellæ.
Ille etiam conus, mediam qui gnomonis instar
Distinguit faciem, tandem quoque detereretur
Perpe-

Perpetuo affrictu; si non, quo more repandum
Durat apri rostrum, similes duraret ad vsus.
Sed callum obduxit, rastris quoque firmior vncis,
Prosubigat terram, nec verri cedat adulto.
Iam quæ proluvies barbæ ! quæ forma Charontis
Impexi, & toto Amsanctum spirantis ab ore!
Laudo quidem morem antiquum. si sternuit vnus,
Optatur *clamata salus*. sed rusticus Idmon
Sternuit ingeminans decies ter, & ampliùs. ohe!
Iam satis est. Seyfride, vales? Seyfride, valemus?
Vlteriùs spectare piget: quia tædia crescunt;
Læsáque tot vicibus repetitis vapulat auris.
Semper & assiduè, quoties nova fulgura lucent,
Dicere, *Parce salus*; mussant iterare, negántque.
Cur succurramus? qui scis, ait Alfar, an optet
Interitum, vel non. Fata irritare videtur.
Æra sibi potiùs jubeat Campana sonare.
Nos certè tam grande malum relevare nequimus.
Vt quid enim nasum nunquam finit esse quietum?
Semper arat collem hunc, semper Nasturtius occat,
Atque fimo fœcundat odoriferæ panaceæ.
Hinc natos fructus quare non falce metat mox,
Spicas jure suas? neque enim hanc emungere myxon
Doctiùs vlla potest manus, aut detergere sulcos.
Quando ita constituunt; sit ius, liceátque perire
Talibus. hellebori potoribus haut liceat plus.
XXIII. Quod stupeas, nullo teneri discrimine sexus
Sumitur hæc crambe. sumit Chrestilla Trebati:
Sumit Barsennæ Laurentia, sumit Asella.
Sumunt Fabullæ soror vtraque, & vtraque neptis
Mergissæ. sumit Catharinæ filia Calpæ:
Sumunt Teuseriæ nurus, & Crescentia textrix,
Claráque, & Agneti Blonchæ vicina Marisca:
Quæque forum semper raphanis Cessennia replet:
Et Mycale lotrix, & Petronella. Fuit, cùm
Bojugenam audivi de conjuge multa querentem:
Multa quidem, sed & hæc, vndanti non sine risu,

Matrem Virginiæ fumosam fugere cannam.
Certant alternis nutrix & pupa Camœnis.
Ede: quid ex tali cisterna lactis, amoris,
Virginis, hausturam speres, morisve pudici?
Quæ fumum bibere assueta est, & pascitur illo;
Quot fumos faciet, quot cornua nigra marito!
Cùm semel invasit pæti furor, amphora molli
Circumagenda manu, præbet lenonibus ansam:
Ansam peccandi. Sic frangitur hydria casu:
Arceat injustam Venerem, quæ jam neque novit,
Quid sit justa Venus, capitis vertigine rapta;
Quæ caligantem nescit distinguere sexum!
At non hoc probrum veteres docuere Sabinæ,
Nec quæ Romana vigiles pro turre steterunt.
Cùm jam perfractas Pœnus transcenderet Alpes,
Ad nivium lapsus portâ nutante Capenâ.
Proijce non habileis tubulos, *dignissima prorsus*
Florali Matrona tubâ. dignissima cujus
Limen, ut ad Semelen cum fulmine Iuppiter intret.
Sic Bacchi nova Mater eris, Bacchúsque bimater.
Vos moneo, quibus est augendi cura decoris
Perdendive meæ: ne sit Nicotia cordi;
Neu fucate genas turpis fuligine cannæ,
Eclipses vestræ nolite inducere formæ.
Hanc satis invitis olim populabitur ætas.
Ipsa senectutis caries, ut in arbore vitam,
Imminuet, nullo cogente annosa venustas.
Atteritur, speciéque sui flos carpitur ævi.
Vilibus ancillis pigmenta relinquite nigra,
Hoc atramentum stanteis sub fornice mœchas
Exornet: quarum nullus rubor inficit ora,
Attrito pridem conturbatóque pudore.
XXIV. Hæc satis ex plaustro, nunc te, Guevarra, loquentem
Si quid habes, audire libet. Defende Tabacum,
Si potes, & Caussæ dubiæ caput, ægide sumptâ,
Propugna, lustráque aciem. Si dicere fas est,
(Et cur non fas sit, quando experientia testis;)
Credi-

In Latium, & multo ſparſurus ſanguine flammas,
Sed neque inaudito fumi ſe flumine Naſo
Lavit: & his thermis intactus Horatius exiſt;
Contentus teſtâ Pompejo Conſule natâ.
XXV. Quî generis placet hujus adori? Gens apta canoris
Laudibus, atque audax cortinam attingere Phœbi,
Vt ſubitò ex humili fortuna naſcitur, inſtar
Myrmidonum, teniátque fides! ſed ineptius audi.
Divinare volunt. quos fumans tibia fundit,
Obſervant apices; & certa hinc omina captant.
Refert: deflectat dextram cauda ánne ſiniſtram
In partem. verſus naſcentis flabra diei,
An Zephyri ſedem, veſpertinóſque receſſus.
Leniter, obliquo motu, an curvamine nullo,
Intendunt oculos, tanquam ſi ſidera ſervent
Triſtia, & à fundo verſuros regna cometas.
Cæci Tireſiæ! quid enim niſi veſtra videtis
Crimina? ſupplicium veſtrum, ultricéſque Megæras?
Et vel Oreſtæa trepidos formidine Manes.
Nil opus augurio, ſi mentem advertere vultis;
Veſtra Harpyia volans, ſeu rectiùs aura volucris
(Immodico taleis flatu vos additis alas)
In diram ſe vertit avem. ſit noctua tectis;
Funerei, niſi ceſſatis, prænuncia luctûs.
Nam quid diſſimulo? maturat viſere plureis,
Qui cum plebe furit, multúmque hac utitur herbâ;
Prælibat tenebras Erebi, flammáſque ſonanteis.
Parcarum digitos, ſuſpensáque vellera necdum
Sciſſa, Parontellus viridi prævenit in ævo.
Aërium ſiquidem dulce, & geniale ſerenum,
Quæque benigna natat vitali in lampade radix,
Barbarus iſte calor, crudíſque vaporibus acer
Sæviùs arrodit, corruptáque viſcera torret.
Mox lapideſcit hepar; concuſsáque regia cordis,
Sacra Animæ ſedes, nimio impugnatur ab æſtu.
Debellâturus rigidâ cervice catarrhum,
Debilitat parte caput & cere- diminuit- brum.

An non destruitur mentis thesaurus, & arca,
In qua resplendent secretæ mille figuræ:
Vt memorabilium subeant oblivia rerum;
Ac si Lethæo novies ex amne bibissent.
Sternuntur simulacra solo. fuligine cellæ
Replentur, multóque sinus stipantur opaco.
Vtcumque inculces, fugiens sepelitur imago.
Vix adeò meminit cœnæ Targisius Anser
Hesternæ. quid enim ventosa cucurbita servet!
Ergo Tabacophilus cum vespillone Geroldo
Conveniat; vel cum Medico Polyhistore. nam sunt
Arte pares; & humant non infeliciter ambo.
Alter non pridem vicenos intulit Vrnæ,
Tam facili jactu: quàm quis bona verba precatur
Defosso, terrámque levem, & sine pondere mollem;
Portitor infernus Libitinæ laudat utrumque.
Matura. frustra multos inquiris in annos.
Cippus Alobandas chiragrâ, podagráque trinodi
Irretitus erat. conatus pellere, nodos
Adjecit plureis; ac vivam denique calcem.
Quis melior mimus, comœdia lætior unquam
Extitit? abdomen sumpto tenuare Tabaco
Goffredus voluit: sed crasso pinguior Vro
Factus, aqualiculum parteis distendit in omneis.
Alcimus in terram nuper (vix fistula flanti
Dempta fuit) coram Natis ac Matre Sabina
Procubuit, subitò ceu percitus astrobolismo.
Talibus instat enim, cùm nubes spissa coacta est,
Deciduum summa Capitoli fulmen ab arce;
Fatalem si non studeant avertere GVTTAM.
Gutta cavat lapidem: sed multò certiùs illum;
Quem sua Deucalion jecit post terga, relictus
Conjuge cum Pyrrha silices mutante puellis.
XXVI. Sed quî displiceat molleis extrudere sensus
Pectoribus timidis, animósque inducere forteis.
Nam simul intravit nareis penetrabilis aër,
Implevítque calor, justáque cor imbuit irâ;
Totus,

Totus, ait Garges, succensus Martis amore,
Arma virúmque cano. Libycis leo qualis in arvis,
Cùm propiùs viso radiant venabula ferro;
Erigitur, turbátque jubas; & in obvia præceps
Sanguine gustato fremit; indignánsque pavere
Obnixum valido jactu duplicatur in hostem.
Accipio Heroëm, magnísque inscribo triumphis.
Túne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad undam!
Túte igitur galeate lepus Gargescule! visu
Terribilis, pedibus velox, doctúsque Molossos
Elusisse fugâ! Nempe interpuncta tabaco
Corpora Bistonij majestas numinis implet!
Hoc opium est illud, quod sumere Thracius ante
Classica Verpus amat. si grana papaveris hujus
Musulmannus edit; jam nulla pericula curat.
Mox alacer, quà nulla via est, per mille phalanges
Obsessam expugnat Budam, scandítque Sigethum.
Nugæ Atellanæ. Quid ais sine pectore miles,
Et sine cote ligo? tanta est in germine virtus
Tartareo, ut vireis acuat, pulsóque timore
Efficiat bellatores, animúmque ministret!
Atqui militiam, nisi me præconia famæ
Decipiunt veteris, non quilibet agmina miscens,
Sed decorat solus nitrato ex pulvere fumus.
Hunc propiùs, cùm jam pluit undique glandibus atris,
Sulphureósque vomunt cava densiùs æra tonanteis,
Olfecisse, datur laudi: vultúmque cruore &
Pulvere sordentem gaudens Victoria mulcet.
Cui caput obtusum est longis siphonibus haustis;
Cor quoque & ensis erunt obtusa; & robur hebescit.
Dum cerebrum fervet, vinóque agitatur adusto,
Próque sono optatos emittit buccina fumos;
Bella quidem cupimus, Ianísque irrumpimus ædem,
Stant Agamemnonij fastus; spiramus Atreidas.
Vix vapor abscessit; simul unà & pompa recedit
Martia. Laxantur nervi; sedere calores;

Inque pedes omnis fluxit sine mente Chorœbus.
Turbati cecidêre animi. vanescit inanis
Impetus, & sumptæ labuntur vertice cristæ.
Deficiunt vires: ubi tunc vis illa tabaci?
Scilicet ex furno prodibat Tillius, & par
Mersyus, & neutri Dux Pappenhemius impar!
Cùm prope conjunctis Alemannica frontibus arma
Et Geticæ strepuêre tubæ; Gustavus obiret
Cæsareas acies, oculo metuendus utroque.
Scilicet in Gallos strinxerunt tela tabaco
Oblita! Francigenûm fuscavit Lilia pætum!

XXVII. Cedite lucifugæ, totisque absistite castris,
In pestem solam pestis valet ista fugandam.
Sunt consanguineæ. *fratrum si gratia rara est*:
Quod verè cecinit Peligni gloria ruris;
Optandum est, ut sit quoque gratia rara sororum.
Pelli autem scimus, cupimúsque aconita veneno,
Vt sanat contra se pugnans scorpius ictum.
Ocyus ô procul hinc, sed non sine lite, diúque
Rixantes, simul ô diræ migrate sorores.
Vos ad avernales exspectat tertia portas:
Nuda pedes, exserta sinus, armata cupressu,
Vivaceis diffusa comas surgentibus hydris.

XXVIII. Ad fumam, quis in urbe potens vel in arce Dynasta,
Quis diadematus, vel quis torquatus, & ortu
Inclytus, urticam tam vilem lambere curat?
Quis civis paullùm lictore decentior istam
Contingit scabiem? Damnamus Thessala philtra.
Vipera fusa mero, mistis turunda suberis
Vitantur. cur non hujus quoque vasa furoris?
Vir bonus ac prudens cautúsque intacta relinquet
Talia Cattigenis, navali robore natis,
Et siqui assuêrunt bis coctum rodere panem.
Deinde Lanistarum hoplomachis, tum sandapilarum
Fabris: & quorum pendet longissima vita
Funibus à piceis. seu quorum vivere totum
Nil nisi fumare est, & convomere, & malè olere.

Ducendi

Ducendi ad laqueum & furcam, tristémq; machæram
Carnificis, quando statuunt sic Fata, sinamus,
Mordaceis relevent curas, abigántque timorem.
Pinnirapus bibat & squallens in compede fossor.
Vrget in hoc puncto Lethi miserabilis horror;
Dum præsens metus anticipat lugubre futurum.
Forsitan Hippocrates etiam permiserit ægris,
Cur sani incessant superos afflatibus Orci
Ante diem? veniet sententia Iudicis æqui
Numquam sera nimis. Satis huc citò labimur, vnde
Nemo redit. tunc nocte frui fumóque licebit.
Quòd si prurit adhuc præcox & iniqua cupido:
Sollicitent Hecaten. potum dabit ista triformis
Vultu alio, & plenis torrentibus obruet ora.
Non caret annonâ celebris Proserpina pæti.
Fert natale solum, felici atque ubere glebâ
Herbarum, lacrymas quæ possunt exprimere udas.
Et certum est, fumum non deesse nocentibus Vmbris.
Interea, ne nos passim gustemus Avernum,
Conducant Liparam, nisi totam visere malint
Æoliam; sed quam contraria respicit Arctos.
Cautior his monitis Taracellus summa domorum
Culmina & arcani tacitus subit antra recessûs:
Sæpe ubi nocturnæ martes cum corte loquuntur;
Et struit æstivos admissa ciconia nidos,
Non aliter, quàm si somno funambulus iret,
Turribus emensis adnitebatur in altum;
Tutior ut faceret nebulas, noctique litaret.
Nemo habitare potest, ubi fixit castra. sed ad três
Primos, Virronem, Maracostamque & Syrogossum
Nondum pervenit. quamvis Syrogossus utroque
Præstet; uti conum communem Regulus anteit;
Et fungum excedunt circùm viburna minorem.
Nec Maracosta quidem se comparat. hic bibit unus,
Quod multos sternat, stratósque extendat arenâ.
Tali Nubigenûm tribus est tibicine fulta.
Turbineus vortex non rarò in principe solum

Obnu-

Obnubit platea; tota fumante suburra.
Contentus non est unius arundinis usu.
Vno oculo contentus erit: nec abesse queretur
Sidereum fratrem pæto vitiante peremptum.
Et dubitamus adhuc irritamenta malorum
Damnáque tantorum, Brasilas avertere cannas!
XXIX. Vos ego rectores terrarum Orbísq; potenteis,
Alloquor; huc sceptrum, vestras huc vertite curas;
Aurificésque omneis & amantem flumina Fiscum:
Qualia sunt Ganges, Tagus, & Pactolus, & Hermus.
Sit præter contos stantémque in littore Malthum
Ius aliud. reliquis minuatur grande tributum
Navibus impositum; quidquid flagrantiùs almam
Taxando Cererem, carúmque flagellat Iacchum.
Mercibus infernis vectigal ponite majus.
In pætum liceat dominâ sævire bilance.
Fumificæ pecudis fas sit deglubere pulpam.
Invenietis enim flaventis pelliculam auri.
Hos saccos, quibus est insertum pingue Tabacum,
Excutite, atque adipem derasi assumite lucri:
Cætera clementes, largi, similésque bonis Dijs.
XXX. Finio. compositis Satyram procedere velis
Calliope lassata jube. tum dente tenaci
Anchora, fac, proram firmet; portúque relicto
Castalidum, nostram speciem vocémque colorémque
Assimulans, longámque umbram, Maciémq; timendam;
Magni Guevarræ properè te confer in ædes.
Forsitan indignans primùm aversabitur, & se
Subtrahet alloquio. Tu ne perterrita cede:
Sed præclude fugam, tantóque ferociùs insta;
Et sanaturum, quaquà potes, ingere Carmen.
Sic autem invades. Ideò tot dotibus auxit
Naturam Fortuna tuam, sicúmque comantem;
Vt tubicen fieres! In te sunt omnia summa:
Ingenium, Ajacis clypeo septemplice majus:
Iudicium, quantum possit sibi quisque negare.
Mnemosyne, qualem neque se comprendere novit;

Raptus


Raptus es ad Rhodanum juvenis, celerémq; Garumnam.
Diceris & propiùs florem olfecisse superbi
Candoris. sed odor nasum tremefecit Iberum.
Ex quo cæsariem Veneti maris æquore lotam
Adria, & in patriam Florentia culta remisit;
Italus es Cicero. quis enim facundior alter
Tusca loqui, & nitidâ Boios condire Sienâ?
Mente capis, quæcumque vides, sint summa vel ima?
Sed quid si offensus tetri nidore Tabaci,
Ingenij lucentis olor vocísque canoræ
Avolet, & vacui linquat vestigia nidi.
Dic mihi: quò tanti Generis fiducia, vel quò
Atria Guevarris extendens Nobilitas, &
Sublimes passus Hyperionis Æmiliani!
Si nautas inter non tantùm prandet & errat,
Sed simul ex pacto fœtet: quæ gloria gentis,
Ante sacram Patris effigiem, cerásque loquaceis,
Atque triumphales arcus agitare caminum;
Et Dijs inviso buccas distendere fumo!
Si Petrum bellator equus, rasúmque volumen
Pumice Palladio, Ludovicum fistula signet,
Vel spernenda Phrygi, flueret cùm Marsya nondum!
Iámque vale: & nostrum non aspernare laborem.
Ne dicas: sicut *Pietas laudatur & alget*;
Haut aliter versu *Patum damnatur & ardet*.
Neu pudeat justæ victum succumbere Caussæ.
Vincit, suadenti qui talem *porrigit Herbam*.
XXXI. Hæc ad Danubium: refici quo tempore pontem
Vidimus, insano bellorum turbine fractum,
Arce Novâ. vastis cohibens ubi molibus Istrum
Ante PALATINI clivo subnixa PHILIPPI
Mœnia, confuso stringentem gurgite ripas;
Nereus Anglipolim transmittit, & inde Viennam;
Cornibus augendum, majorémque usque futurum:
Donec in Euxino perdat sua nomina ponto.
Nos quoque nostra brevi modica perdemus in urna.
Amnis more fluens undatim vita recedit;

Vos,

Vorticibúsque suis rapitur declivior ætas,
Post varios flexus tumulum subitura profundum.
Festini liquidis decurrunt passibus anni
Flumineo motu, neque enim consistere possunt.
Quantum præterijt, dum scribimus, atque movemus
Invidiam, sicco ventum potantibus ore!
Quod loquor, hoc inde est, nullo revocabile gyro.
Nescit lapsa semel cum fluctibus hora reverti.
Nônne tibi faciem veniens ostenderat vnda?
Quæ tamen instabilis mox tergum mobile præbet.
Sic intra positas homini data tempora metas,
Tanquam claustra meant; urgente crepidine certos
Menses atque dies. Sensim *dilabimur omnes*
In mare *fient aqua*. Musæ, Charitésque venustæ,
Insontésque Ioci; Satyri, Satyræque valete.

FINIS.





ELENCHVS.

Permissu Superiorum.